ACAD.
LUGD.BAT.
BIBL.

Perillustris domine

Non desino quem perpetuis beneficijs tuum fecisti, eundem me tibi quavis occasione ornandum obtrudere; nimirum intelligo jampridem te non illubentius dare ea et conferre quam me accipere. sed quid opus est verbis? abdant ac recedant voces illæ quæ ~~ad~~ modestiæ tuæ ab adulatione profectæ videri possint, a cujus specie tantum abesse volo, quantum absum ab adulandi necessitate. Ornatissimus vir Corn. Kuchlinus, quæstor Sylvæducensis, qui hasce exhibebit, hoc momento indicium mihi fecit et alia multa honesta in territorio Sylvæducensi munera per pacem vacare, et Oosterwici quoque hominem honestum desiderari, qui isti pago et districtui satis amplo sit a secretis. authorem se mihi esse istius muneris non mediocriter opimi per amicos fautoresque ambiendi. ipse continuo advolarem, nisi pater esset valetudinis deploratæ et gangræna pedum laboraret, quam sæpe momento cita mors consequitur. quare te etiam atque etiam oro, qui mihi unicus patronus et alter animo atque affectu parens, ut apud Patres patriæ conscriptos, quos inter Schratterus, Toparcha Wimmenomius alij, mihi addictissimi, me serio commendare digneris, et cæteris debitis meis imponas ut solvendi desperationem, ita debendi perpetuitatem. Ita vale perillustris Domine

Scribeb: tumultuarie

Alcmariæ. XIV. CIↃIↃCXLVIII.

tuus omni nomine servus et cliens

Henricus Bruno.

Hug. 37.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Bruno_H) 97
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/4799

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Bruno_H) 97
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/4799

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Bruno_H) 97
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/4799

Mijn Heer

Mijn Heer van Zuilichem
Raedt en Secretaris van S.
Hoocheyt.

In 's Gravenhaye

Door vriendt.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Bruno_H) 97
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/4799